





Matheolus

Tratatus de
memoria









Tractatus clarissimi philosophi et
 medici Matheoli pernsini de memo-
 ria augēda p regulas et medicinas.



Jo: Petri Apyroldi Marcellini.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.





Am diu Brocarde et Bonanen-
tura viri dignissimi et replicatis
precibus me sepiissime prouocastis
vt ego aliqua de mēoria nutriēda
et augenda colligerem .quā rem
ego vobis sepe pollicitus sum .sed
tenuit me diutenus continua agen-
daz rerum occupatō Tandem statui votis vestris
parere et ita domino adiuvante aliqua et ea vt pu-
to digna et vobis vtilia aggregabo . Dicimus igitur
quod de hac materia nullum hucusq; iuenim⁹ qui
complete tractaret adiūgendo scilicet medicinalia
cum alys rebus que artificiose memoriam augēt.
Ally enim vt Licero maxime de artificiosa memo-
ria tractarūt . quo facto scilicet regulis habitis po-
tūiss; memoria augeri Ad consimile autem pro po-
situm tractatum vnum vidi quem Guilhelmus de
Bristia notabil' philosoph⁹ atq; medicus composue-
rat . Medici vero ecōtra tā noui quam veteres ad
• memoriam recuperandā si p̄dita esset et ad habitā
fortificādam solū remedia medicinalia scripserunt
• . Nonamus igitur sum⁹ vtrumq; stūdiū vt cōple-
te discamus memoriā gubernare . Erunt igitur
capitula duo ī quorū primo ponem⁹ quomodo pos-
sumus memoriam artificialem augere beneficio
regularum . In secundo vero dicemus qualiter id
eciam fieri possit beneficio medicinarum .

¶ Capitulū primum de artificio memorie aug-
ende per regulas et documenta



Item itaq; q; circa memoriã
aut potentiam memoriandi duo
opa habemus. unũ q; dicit meo-
rari. aliud remisci lz remisci n̄ sit
principaliter memoratiue opus.
immo estimatiue. lig hoc sine me-
moria fieri non possit. ideo philoso-
phus duas distinguit potẽtias quarũ vnã vocauit
memoriaz. et alterã reminiscẽtiam. Prius ergo de
memorari deinde de remisci dicemus. Memo-
rari igitur est retinere et couseruare imagies rerum
prius ab anima preceptarum. Primum igitur q;
bñ meminisse volum; dũ ea discim; uel audimus.
oportz multum attente ex p̄funde mentẽ apponere.
sic enim diutius et firmitus i memoria remanebũt.
Nam q; superficialiter et sñ attẽticiõẽ videmus et
audimus et si frequenter tñ cito ea labi. a memoria
experimur. et iõ dicit Aristotiles quedã semel s; at-
tente vidẽtes meli; memorãt quam altera multo ci-
ens. scilicet. et non attente. Vñ apud plathonis ibi
meũ scribitur. Ego ut probum auditorem decet sñ
sermone sub silencio mentẽ atq; aures parabo. est
aut et h; documentũ siue elemẽtum utile multum
ad addiscendũ. Nam is est maxime docibilis qui at-
tente paratus est audire vt scripsit Tullius primo no-
uorum rhetoricorum cuius ratio hec est. qz ut secũ-
do de anima habetur actus activorum sunt i paciẽ-
te et disposito. attẽto aut magna auditorem dispo-
nit et parat ad profũdẽ et p̄fecte transũendũ prius
tamẽ intelligẽdũ. Conseruacio sñ sequit̄ itellecta.

2
nulla enim obseruantur nisi prius intellecta. Vñ ge-
orgias ut fertur bñ dixit vbi intenderis igitur va-
let felix itaq; q̄ cū attēcione audit atq; studet. Se-
cū dum admonimētū est q̄ in audiendis delectari
et admirari ad memorandū multū valent. Nam i-
quibus delectamur et admiramur multum eis in-
tendimus et in eis p̄fundamur et stinēmur. Atten-
cio autē magna et maxime profunda ut dictum est
ad mēoriaz valz. Valet igitur et admirari et delecta-
ri in hys q̄ attencionē et p̄funditatē iducūt. Qui-
autē signū maxime habem⁹ i pueris. qui quia mul-
tum delectantur in formis et in signis rerū p̄pter h̄
qz eis noue et insuete sunt earz bñ memorant. Vñ
dicit auerrois. q̄ hō memoratur multociens qd fe-
cit in puericia bona remēoracione qz. hō i puericia
multū amat formas et figuras et multū i eis de-
lectat et admiratur. qua p̄pter figuntur i eis bene
et p̄pterea difficile dimittūt. Aliā tñ in probleūma-
ribus de pueris et eoz memoria causam assignat.
Aristoteles. sed illam velut rei nostre imptinentem
hic dimitto vñ Tullius scdo rhetoricorū. que accide-
rūt i puericia mēim⁹ optime sepe p̄pterea q̄ nulla
nisi noua aut admirabili re comouetur anim⁹. Qu-
le est igitur et si ita nō sit reputare scienciam i qua
studes esse valde bonam et honorabilem et excellen-
tem atq; magnā et paucis notā. et nō tñ scienciam
sed ecia doctorē quē audis. Nā bona et honorabilia
appetim⁹ et amam⁹. magna autē et rara admira-
mur Sed si despicias aut spernas scienciam i q̄ studes

*Delectari
et admira-
ri augent
memoriam*

vel doctore a quo audis non tamen precipies nec retinebis
si ¶ Vnde inter claves sapientie ponitur honor magi-
stri ¶ Hec non est mirandum si auditores huius seculi
pariter proficiunt quia de se confidentes magistrum spernunt
quare tales proficere non videntur ¶ Rursum et tertium est
admonitum quia memoria hominum labilis est et turbe
non sufficit ut dicit Seneca necesse est brevia et pau-
ca esse que memorari volumus. Ideo oportet ea que fa-
cilius retinere volumus ad summam quandam et pauca-
tam reducere. hoc enim modo facilius retinebimus et propter
hanc totius memoriam habebimus in summa illa. et ideo com-
muni ad quod reduximus omnia includuntur. Vnde dicit phi-
losophus tertio topicorum. In argumentationibus pro
positiones memorabiliter scire oportet. Nam velut in memor
ali propositiones communes tamen posite statim faciunt il-
la memorari. contrarium igitur modo procedere debet dis-
cens et memorans. Nam que discimus oportet per plura ex-
plicari et diuidi. sed que volumus meminisse colligere et
breuiare oportet. Vnde per optime dicitur ab Hugone
in didascalicon Sicut ingenium in diuidendo inuesti-
gat et inuenit ita memoria colligendo custodit. Op-
ortet ergo ut que discendo diuisimus promemendo memo-
rie colligamus. Colligere autem est ut ea de quibus pluri-
mum scriptum vel disputatum est ad breuem quandam et
compendiosam summam redingamus. habet namque omnis sen-
tentia aliquod principium cui tota via et vis sententie inni-
titur et ad ipsum cum talia referuntur hoc querere et conside-
rare colligere est. Quidam fons est cuius multi sunt
riui. anfractus fleumata non sequere. tene fontem et to-
tum habes. Idcirco dico quia memoria hominis hebes est

et breuitate gaudet. et si in multa diuisiſſe minus in
singulis. vñ et à circa pauca occupantur et solliciti
tantur melis mēoratur. Quare exēpli gracia quā
do q̄s de sero multa legerit et illoꝝ voluerit mēora
ri reducat illa in quenſam breuē numerū et sic om
nium faciliter mēorabitur. Ad aut̄ quartū admōi
mētū erit. quia mēoria hominis labilis est oportet
cū multa memoriter discere volum⁹ ea p̄ partes se
care minutas. et diuisim et nō simul illas p̄legere
et vna p̄ticta mēorit̄ scita aliquātulū pausare. de i
de prima repetita ad secū dā. d̄inde ad tertiā. et sic
p̄ ordinem vsq̄ in finem p̄ueniendo. sic cū non est
difficultas nec tedium. Vñ marcian⁹ in rhetorici
ca sua. Si longiora fuerint addiscēda. diuisio p̄ p̄
tes. facilius in herescūt. Vñ qñ dicit ille poeta Sci
re si vis hanc rem tota sit sepeata minutim. Amplis
et quintū ad mōimētū ut dicit philosophus medita
tiones mēoria saluat. remiscēdo ac p̄petuo retinen
do frequēter considerare et cogitare oportet q̄ p̄ser
uare intendim⁹. sic em̄ nō p̄tingit obliuio. Vñ sene
ca Mēoria nihil pdit. nisi ad qd̄ sepe non respicit vñ
scribitur in didascalico. Principiū in lectioe ē p̄sid
acio confirmacio ī meditatioe. Vñ recte meditatio
ī terpretatur mētis dictatio. Egregie igitur hoc
admōimētū et añ p̄ximū que maxime ad mēori
am p̄ferū sil tangūtur in didascalico his verbis.
In omni doctrina breue et aliqd̄ certū collige. qd̄ ī
arcula mēorie recordatur vñ postmodū cū res exig
it aliq̄ deriuēt vñ hec etiā sepi⁹ replicare et de v̄tre
mēoris ad palatū tractare necesse ē vñd̄ rogo te ne.

multū leteris quisbūis es sicut multi faciūt si multū
talegeris aut multa legēdo pcurreis sed letare si
multa que pcurreis itellexeris .et n̄ tācū si intellexe
ris sed retinere potueris Discursus sup omnia fugi
as ut sanctus thomas dicit in epistola sua didascu
la ad fratrem studentem. Examina igitur te ipsū
um cū legis et quantū tenere potueris tantum leg
as .si vis mēoriā exercere .sed si vis totum illū lec
tionis habere et in eo delectari legere potes quācū
desideras sed parū inde retinebis .quod pulchre glo
riosissimus Thomas dicit ut retulim⁹ .discursū sup
omnia fugias Alias em̄ nec legere multum pdest
nec intelligere pdest in quā mēoriā .Si em̄ legim⁹
multa .que tenere non possum⁹ siue illa intelligam
us siue non alioꝝ non mēorabimur qua em̄ tenere
nō possum⁹ .nec illa mēorari .cū mēorari et tenere
idem sint ut ab origine prediximus Et si iā de ar
te mō mēorādi satis sit dictū .Lōseq̄ns autē ē doctri
nā et artem remiscēdi tractare.

¶ De remiscētia.

 Omniaq; sicut Aristoteli ordo et se
quentia reminiscibiliū cā sit remis
cendi oportet quoz unū p alterū
remisci volumus ordiatiōem et se
quentiā habere .cū remisci qd
mēorari dicitur sit p aliq̄ in mēor
ia retēta inuestigare et reinuenire
oblita .Ad inuestigatōz ergo obliatorū ut reinueniāt
necessario est requirere ordinem illorum quorum

intēdimus remīsci. Vñ dicit phs. Que bñ adinmi-
cem ordiata sunt bñ sūt remīscibilia que vero ma-
le grauitē. Idē oportet ea in quibus studēm⁹ si bene
ordinata sunt medicari frequēter et īpsuetudinē se-
cundū ordinē illū illa reducere. si autē nō bñ ordina-
ta debem⁹ ea quātū possumus ordiare et s̄m illum
ordinēz medicando psuescere. nam si ea in quibus
studemus nūc vno mō vel ordine nūc alio psider-
emus ordo eoz non psfirmabit in nobis. sicut dixit
Sereca. Nō pualescit planta que sepe transffertur.
Debemus igit ea quoz facile remīsci volūmus a
principio bñ ordiata capere vel a rei natura vel a
magistris vel a nobis ipsis. et illa s̄m ordinem illū
psuetudini reducere. Secū dū documētū. dicit phi-
losophus quo ordine primo res apprehense sunt et
psiderare ab anima eo ordine se habēt motus. id ē
impressiōes facte in aīa ex eoz apprehenssiōe. Ad-
tū autē ordo et psēquētia causa est remīscēdi. ex eo
em̄ q̄ post primū motū nat⁹ est seq̄ secū dū remīsci
contingit vt dicit philosophus. Oportet igitur a pri-
mo et pordinez incedere ad re habendū oblitū qd̄
querimus ppter hoc em̄ et ppter psuetudinē q̄ or-
do ille est velocius nobis occurrit oblitū. Vñ vide-
mus cū in aliqua arte sumus noui si p ordinem.
qd̄ audimus incipiendo interrogemur facilius re-
spondemus. si alit ordine mutacio respondebimus.
id fiet male aut cū difficultate. Vñ et pueros cū ali-
quit qd̄ legerūt referūt si alicuius psēquētū sint ob-
liti p̄cipimus a capite inchoari. sic em̄ aliquociens
a principio iterando id eoz occurrit mēorys qd̄ pri-
us erant oblitū.

Tercium documentum dicit enim philosophus quod ex uno simili contingit reminisci alterius. Vnde cum fuerim oblitus cogitare de Virgilio nobis occurrit. Homerus cum Auer. dicit quod memorari contingit propter suum simile. et ita debemus illud sepe reuolueri et sic facile oblitus reminiscemur. Quartum documentum nos ad reminiscendum cogitatio strary ut dicit philosophus. ut cum cogitamus Achille venit in mentem Hector cuius eram oblitus. Quintum documentum dicit Aristoteles quod locus ubi aliquis tractauimus principium est reminiscendi. Vnde utile est locum considerare in quo dicta sunt facta sunt illa quorum volumus reminisci. Vnde Cicero pro memoria artificiali habenda docet stabiliri quaedam loca. et illis cogitatis facile venimus in oblitum. Sextum documentum quod fantasia multum ab imaginacionibus mouetur oportet stabilire quasdam imagines quod similitudines habeant cum his que volumus recordari. Exemplum si volumus reminisci pontis curui qui est vnus de pontibus patavinis. ponemus in memoria vnum pontem magnum et vnum hominem curuum et sic facile pontis curui reminiscimur. Hoc enim documentum cum superiore est fundamentum artificialis memorie. Que igitur ad artem et doctrinam memoriendi et reminiscendi pertinent viri digni hec dixisse sufficiant. Qui autem plura de homini legere desiderat videat vberiore tractatum nostrum qui est a nobis de hac materia propositus. Multa quidem adduxi etiam ad verbum eorum que ab alijs percipere potui ut sermo noster propletior esset. Nunc vero ad medicinalia transeamus.

Capitulum secundum



Conseruare vel augere mēoria est medicinalibus opus est laboriosissimū. qz thesaurus iste bonam corporis disposicōz requirit et optimū vite ordinem. Ponemus tñ aliqua subiecta que apud nostros auctores erunt multe utilitatis communiter qz memoria fit labilis ab humido et frigido seruentur iste regule que sequuntur.

¶ Prima regula. Corpus teneatur mundū a superfluitatibus. vñ cotidie sit ventris bñficiū et si n̄ naturale fiat artificiale. Vina magna fugiātur. imo vtile est si q̄s vult bonā habere mēoriam vt aliquot dies abstineat a vino et loco eius aq̄ utatur zucari Vitet acrimina sicut allia et huiusmodi et legumina oīa Supuitet coitū supflūū. et carnes facilis digestionis Imedat. acetum et acetosa cepe etiam maxime nocet vt dicit auicenna.

¶ Secūda regula buglosa et zinziber sunt optima memorie quolibet administrata et maxime zinziber conditū his in ebdomoda aut ter ieiuno stomacho ad quantitatem castanee d̄ mane caprum.


¶ Tercia regula. Mirabolani conditi sunt optimi s̄ semel in ebdomoda sumere vnum. Sisimbrum et ē species mēte secundum Auicennā et ē optimū.


¶ Quarta regula. Pfectio anacardīa ad quantitatem ciceris sumpta in ebdomoda semel in aurora p̄fert mirabiliter. et s̄t diambra secundū Auicennam.


Quinta Regula. Sicut philosophorum scilicet. Aesius
mirabiliter occipicio iuncto ex eo reperat memoria.
Hec igitur sunt viri digni medicinalia quia inter alia
sunt electissima pro servanda memoria. et ita finem
facio.


Explicit tractatus de memoria editus in Italia
a domino Matheolo medicine doctore famosissimo.
mortuo Anno domini millesimo quadringentesimo se-
ptuagesimo.











80

INSTITUT
D'ESTUDIS CATALANS

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

Núm. 44943

Armari Jnc. 10

Prestalge

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1002202243

